

MODUL 2: LATEIN UND EUROPA
WEBTEXT 1 – BUCH S. 39

Die Abenteuer der Brüder der Europa

Europa, Argiopes[a] et Agenoris[b] filia, Sidonia[c]. Hanc Iuppiter in taurum conversus a Sidone[d] Cretam transportavit et ex[1] ea procreavit Minoem[e], Sarpedonem, Rhadamanthum. Huius pater Agenor[b] suos filios misit, ut sororem reducerent aut ipsi in suum conspectum non redirent. Phoenix[f] in Africam est profectus ibique remansit; inde Afri[g] Poeni[h] sunt appellati. Cadmus[i] cum erraret, Delphos devenit; ibi responsum accepit, ut a pastoribus bovem emeret, qui lunae signum in latere haberet, eumque ante se ageret; ubi[2] decubuisset, ibi fatum esse eum oppidum condere[2]. Cadmus[i] cum imperata perfecisset et aquam quaereret, ad fontem venit, quem draco custodiebat. Qui cum socios Cadmi[i] interfecisset, a Cadmo[i] lapide est interfectus. Ex[3] bove autem, quem ‹Cadmus[i]› secutus fuerat[4], Boeotia[j] est appellata.

HYGIN, FAB. 178 GEK.; 116 WW.

[1] **ex** *(+ Abl.)*: *hier*: mit
[2] ‹responsum accepit› fatum esse eum oppidum condere ibi, ubi ‹bos› decubuisset
[3] **ex** *(+ Abl.)*: *hier*: nach *(zB nach etwas benannt sein)*
[4] **secutus fuerat** = secutus erat

[a] **Argiope**, Argiopes *f.*: Argiope, phönikische Königin
[b] **Agenor**, Agenoris *m.*: Agenor, phönikischer König
[c] **Sidonius**, -a, -um: aus Sidon; **Sidonia** ‹fuit›
[d] **Sidon**, Sidonis *f.*: Sidon, Stadt der Phöniker
[e] **Minos**, Minois *m.* / **Sarpedon**, Sarpedonis *m.* / **Rhadamanthus**, -i *m.*: Minos / Sarpedon / Rhadamanthus, Söhne der Europa und des Jupiter
[f] **Phoenix**, Phoenicis *m.*: Phönix, Bruder der Europa
[g] **Afri**, -orum *m. Pl.*: Afrikaner
[h] **Poeni**, -orum *m. Pl.*: Punier = Phöniker
[i] **Cadmus**, -i *m.*: Kadmos, Bruder der Europa
[j] **Boeotia**, -ae *f.*: Böotien, Landschaft in Mittelgriechenland. Im Namen „Boeotia“ steckt der altgriech. Wortstamm für „Rind“; vgl. dazu das lateinische Wort „bos, bovis“.